



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

10. Corollaria diversa ex praedictis deducuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



chanicorum, statuta quidem intra suos fines condere possunt, sed à proprietate publicarum constitutionem deficiunt non nihil, sicut & statuta domestica à Patrefamiliâs posita. *L. 3. C. eod. de leg. Layman: lib: 1. Tract: 4. cap. 8. num: 6.*

9. Non paucorum sententia est vim & substantiam legis à populi acceptatione pendere, quòd ea tacita conditione leges ad populum ferri censeantur, si ab ipso fuerint acceptatæ; eoq; reclamante editæ, rarò in bonum communitatis cedere soleant. *Canonista pleriq; in cap. 1. de Tregua & pace Azor. tom: 1. lib. 5. cap. 4.* Conclusio verò nostra est, licet leges tam Pontificiæ, quàm Cæsareæ substantiam suam & intrinsicam vim subditos obligandi promulgatione acquirant, accidètaliter perfici & roborari per populi acceptationem & usum; ut patet ex vulgari. *leges constituuntur cum promulgantur, firmantur moribus cum utentium approbantur. Gratian: Can: in istis dist: 4.*

10. Ex quo consequentia ad praxim non inutilia inferuntur. Primo Episcopis præsertim Metropolitanis ex officio incum-

cum-



cumbere, ut novas Pontificias Constitutiones in Dioccesibus promulgent atq; in usum deducant, saltem postquam ex Curia Romana ipsis trāsmisſæ fuerunt, idemq; proportionaliter dicendum de lege Imperatoria vel Regia, postquam Provincialibus, Ducibus, aut Gubernatoribus trāsmisſa fuit: *Navar. conf. 1. de constit. q. 8. edit. 2. Malderus in prima secunda S. Th. q. 90. art. 4. dub. 3. §. hæc sunt. Diana parte. 4. Tract. 4. resol. 127.* Secundò si Episcopi & Principes, qui tunc vivunt, cùm constitutio Pontificia promulgatur, eam non recipiant, Successores eorum excusantur. *Becanus in summa Theol. parte 2. Tract. 3. cap. 6. q. 8. n. 2. Dian. part. 1. Tract. 10. Resol. 5.* Tertiò licitum est supplicare pro revocatione aut mitigatione constitutionis, & illam non servare, donec Legislatores mētem suam aperiat. *Salas de leg. disp. 13. sect. 4. n. 20.* nec obstat, quòd propriè appellationes non fiant à legibus, sed à sententiis: quia potest allegari causa, & peti reformatio legum vel ab ipso latore ferenda, vel eius Superiore. *Malderus p. 2. q. 90. art. 3. dub. 2.* Qui quidem si auditâ communitatis supplica-



plicatione taceat, & non respondeat, dictæ supplicationi consentire videtur, & obligationem legis tollere: *communis DD. ex reg: Jur: qui tacet consentire videtur.* nisi aliter ex conjecturis constaret, Principem non respondere, non quia velit legis obligationem tollere vel suspendere, sed ut minore offensione supplicationem rejiciat; quo casu non licebit ultrà suspendere executionem legis *Layman: lib. 4. Tract. 4. cap. 3. n. 7.*

II. Bullæ Apostolicæ ad Provincias vel regna directæ in causis spiritualibus, quarum promulgationem Principes sæculares sine sua licentia fieri prohibent defectu promulgationis requisitæ, & ut tales non acceptatæ à populo esto vim obligandi non habeant, Principes sæculares, quando nullâ gravi ratione ducuntur, non possunt tutâ conscientiâ bullas Pontificis examinare, minùs rejicere: quia Pontifex in spiritualibus est superior Principis secularis: & Bullæ aut leges disponunt de rebus spiritualibus, quarum jurisdictionio sæcularibus nullo juri competit. Quando tamé gravis causa subesset dubitandi

tandi